

REPERTORIUM GENERALE

RERUM ET VERBORUM

N. B. — Numerus romanus volumen, arabicus autem paginam indicat.

A

A, Dictio quando stet exclusive, vel inclusive, I, 408.

ABBAS potest eligi in episcopum, I, 312. Inter abbates perpetuos et Ecclesiam, contrahitur quasi conjugium spirituale, 335. Abbates perpetui, alique superiores regulares, an sint eligendi secundum formam in c. *Quia propter, de elect.* praescriptam, 378. In electione abbatum perpetuorum potest indubitanter procedi per viam commissi, 380. Abbates ex privilegio papae possunt conferre ordines minores, 479. Haec potestas non est annexa jure divino benedictioni abbatiali, *ib.* Utrum etiam possint conferre ordines sacros, *ib.* Abbatiae praeficiendus, debet esse, vel intra annum fieri presbyter, 482. Antiquitus tamen abbates poterant esse non presbyteri, 483. Idem ob necessitatem, atque utilitatem Ecclesiae, etiam hodie potest fieri dispensative, *ib.* Et an in tali casu possit dispensare episcopus, *ib.* Abbas benedictus potest conferre ordines minores etiam subditis episcopi de hujus licentia, 556. Abbates an cogantur venire ad synodum, II, *ib.* Abbas exemptus, an possit contra episcopum praescribere certam parochiam, III, 234. Abbates non possunt consecrare calices, V, 165. Nec benedicere campanas, 166.

ABBATISSA, an sit eligenda a duabus partibus monialium, I, 343. Nequit excommunicare propter inobedientiam sibi subjectas, nec clericos stricte suspendere, II, 44. Potest tamen implorare offi-

cium superioris, ut ipse tales excommunicet, aut suspendat, *ib.*

ABIGEATUS, Abigeus quis, VI, 419. Poena illius, *ib.*

ABORTUS, quas poenas habeat, si foetus jam fuit animatus, VI, 335. Et quas si fuit inanimatus, *ib.* Gravissimae poenae contra procurantes directe, vel indirecte abortum, juvantes item et consulentes, statutae sunt per Sixtum V, *ib.* Cujus bulla per extensum refertur, *ib.* Quae fuit moderata per bullam Gregorii XIV, 337. Quae refertur per extensum, 338. Referuntur in compendio poenae contra directe, vel indirecte procurantes abortum foetus animati, consulentes ac juvantes ad illum, 339. Quarum aliqua obligant ante, aliqua post sententiam judicis, et quae, *ib.* Doctrina practica, quam miseri sint clerici, quovis modo abortum foetus animati procurantes, vel ad eum juvantes, consulentes, 340. Dispensare in poenis abortus quis possit, 339.

ABROGATIO legis, quid, et quomodo differat a derogatione, et irritatione legis, I, 202.

ABSENS, quando dici possit invigilare gregi, III, 419. Absentes canonici in quibus casibus debeant vocari ad capitulum, IV, 74. Et in quibus censeantur praesentes ad lucrandas praesentias, III, 457. Absentes, an et quando sint vocandi ad electiones, I, 337. Quoad hoc est attendenda consuetudo locorum, *ib.* Absens, qui scit vacationem Ecclesiae, et diem electionis, ulterius non est ne-

cessario citandus, *ib.* Si absentes commode vocari non possint, puta ob periculum ex mora imminens Ecclesiae, possunt et debent alii procedere ad electionem, 338. Absentia unius, an et quando solvat sponsalia, V, 355.

ABSOLUTIO a censuris ad cautelam, quid operetur, I, 224. Quando concedenda, III, 347. Absolutio ab excommunicatione primum superveniens, non convalidat rescriptum ab excommunicato impetratum, *ib.* Absolutio a censuris metu extorta, ipso jure est nulla, eamque extorquens excommunicatur, II, 121.

Absolutio a poenis ob violatum jus asyli, V, 273. Potest a solo papa fieri, qui commissionem absolvendi non nisi episcopis dat, *ib.* Et non valet ante restitutionem, 274. Absolutio ab excommunicatione ob violatam immunitatem realem, aut personalem, a solo papa fieri potest, 298. Et quomodo? Alius qui absolvit, est excommunicatus, *ib.* In articulo mortis, an et quando alius absolvere queat, *ib.*

Absolutio oratorum pro foro externo ante dispensationem, quomodo fieri debeat, V, 609. Pro foro interno qualiter, 635.

Absolutio ab haeresi, an et quando competat episcopis, VI, 308. Vi Tridentini olim poterant absolvere ab haeresi occulta, *ib.* Hodie vero de jure communi, reclamante bulla *Cænæ*, id non amplius possunt, *ib.* Possunt tamen episcopi, ut delegati apostolici, absolvere ab haeresi notoria, si reus illam prius abjurat, 340. Et virtute specialis facultatis pontificiae in Germania a quavis haeresi, 341. Imo de jure communi a quavis absolvere possunt impeditos accedere papam personaliter, *ib.*

Regulares, an et quando possint absolvere a casibus papae reservatis, etiam ab haeresi, VI, 347. Praelati regulares majores habent potestatem absolvendi suos subditos ab omnibus casibus, etiam haeresi, *ib.* Nullus regularis, quantumvis exemptus, ab haeresi absolvere potest aliquam saecularem, 349. Nisi saeculares sint impediti personaliter adire Romam, *ib.* Absolvere ab haeresi nequeunt simplices, non privilegiati confessarii, etiam illos qui personaliter accedere summum pontificem non valent, 343. Possunt tamen, si haeresi infectus, nec pontificem, nec episcopum personaliter accedere potest, 344. Vel si episcopus facultatem absolvendi impeditum adire papam, deleget, *ib.* Virtute jubilaei ab haeresi absolvere num possint simplices confessarii, *ib.* In articulo mortis possunt, 345.

Absolutio a casibus reservatis pontifici, an et quando competat episcopis, VI, 307. Possunt episcopi ab omnibus casibus pontifici reservatis suos subditos absolvere, si casus sint occulti, 308. Modo non sint ex casibus bullae *Cænæ*, *ib.* Possunt episcopi ab omnibus, etiam bullae *Cænæ* casibus absolvere impeditos personaliter accedere papam, 311. Referuntur in compendio, atque declarantur impedimenta adeundi papam, 312. Inter quae non

est frequentia casuum, 313. Impeditus personaliter adire papam, non tenetur mittere procuratorem, aut scribere pro absolutione sacramentali, *ib.*

Regulares mendicantes confessarii, etiam simplices, praesertim ordinis nostri, habent potestatem absolvendi saeculares totius mundi ab omnibus peccatis et casibus, etiam pontifici reservatis; non item reservatis episcopo, VI, 349. Exceptis casibus in bulla *Cænæ* contentis, *ib.* A quibus tamen possunt absolvere impeditos personaliter accedere papam, *ib.* Quinam censeantur impediti personaliter accedere papam, 342. Nullus regularis potest absolvere vi privilegiorum a casibus episcopo reservatis, 349. Reservatio episcoporum principaliter afficit personam confessarii, 348. Et ideo possunt regulares absolvere alienum dioecesanum a casibus, in illius dioecesi reservatis episcopo, *ib.*

Absolutio a censuris, praesertim excommunicationis, VI, 608. Excommunicatio major etiam praestita satisfactione, non tollitur sine absolutione, *ib.* Nisi auctor ita velit, *ib.* Lata ab homine per sententiam specialem, absolvi potest ab illo solo, qui eam tulit, 242. Vel ejus successore, *ib.* Vel superiore obtinente plenam jurisdictionem in auctorem censurae, qualis non est archiepiscopus respectu episcopi, *ib.* Ab excommunicatione lata a jure, vel homine per decretum, aut sententiam generalem sine reservatione, absolvere pro utroque foro potest subditum suum superior, 609. Et pro foro interno etiam parochus, et quivis confessarius; non item pro foro externo, *ib.* Absolutus a simplici confessario pro foro interno, quid possit pro foro externo, *ib.* Quis absolvat ab excommunicatione reservata, *ib.* Et quis a suspensione, interdicta, *ib.*

Potestas absolvendi a censuris, et aliis casibus reservatis competens episcopis, regularibus, et aliis confessariis remissive, VI, 610. Et a censuris papae reservatis, omnibus competit, vi privilegiorum, regularibus mendicantibus, *ib.* Exceptis casibus bullae *Cænæ*, a quibus praelati regulares suos subditos tantum absolvunt, *ib.* Extra Italiam absolvunt etiam excommunicatos ob perussionem clerici, et alios per Clementem VIII, pro Italia reservatos, *ib.* Non possunt tamen absolvere a censuris ab homine per sententiam specialem latis, *ib.* Absolutio censurarum per regulares facta non relevat in foro externo, *ib.* Et quotupliciter, et quomodo fieri debeat, ac possit, 613. Potest dari vel absolute, vel conditionate, vel ad cautelam, vel cum reincidentia, *ib.* In et extra confessionem etiam absentia ac invito, et quomodo, *ib.* In nullo foro absolvi potest censuratus, nisi prius satisfecerit parti laesae, et quomodo, *ib.* Doctrina practica ad propositum absolvenda confessariis in absolutione censurarum, *ib.* Quis absolvere possit ab excommunicatione ob duellum incursum, 392. Absolutio a regularibus respectu regularium alterius ordinis fieri non potest, 611. Nisi religiosi

confitentes speciae ad id habeant privilegium, ut dominicani, quando sunt in itinere, *ib.* Quod idem omnibus aliis religiosis competere volunt alicui, *ib.* In ordine nostro, non nisi in mortis, vel necessitatis articulo confiteri licet extra ordinem: Qualis articulus censeatur necessitas confitendi, *ib.* Doctrina practica pro collectoribus, *ib.* Et pro foro conscientiae data valet quoad omnia, nisi lis moveatur in foro externo, 307.

Absolutio a simonia et poenis ejus a quo fieri possit, VI, 245.

Absolutio non danda impoenitenti, et indisposito, VII, 30.

ABSURDA semper et ubique sunt vitanda, V, 371.

ACCEPTATIO populi, an requiratur ad legem humanam, I, 133. Quid agendum, si justa habeatur causa non acceptandi legem, 134. Populus non acceptando legem rite publicatam peccat, potestque puniri, 135. Nisi quis e populo justa de causa excusetur, *ib.*

ACCEPTILATIO quid, IV, 343.

ACCEPTIO personarum, quid sit, VII, 41. In judicio non est habenda, *ib.*

ACCESSORIUM naturam sequi congruit principalis, quomodo intelligendum, III, 173. Accessorium sequitur naturam principalis, VII, 99. Etiam si accessorium sit pretiosius quam principale, 102. Nisi esset summe arduum, *ib.* Accessorium quadrupliciter dici potest, 99. Varia hujus regulae exempla et limitationes, 100. Accessorium quod se solo sine principali subsistere potest, non corrui, corruique principali, *ib.*

ACCESSUS minoris partis ad majorem, an in electionibus valeat, I, 374.

ACCRESSENDI jus quid, et quibus competat, IV, 501.

ACCUSARE matrimonium contrahendum, existente impedimento, quivis potest, et tenetur, V, 497. Contractum soli conjuges accusare possunt ex causa impotentiae, *ib.* Vel ob impedimentum, quod ipsi tollere possunt, *ib.* Imo nec ipsi audiuntur, si cognitio tali impedimento se invicem cognoscunt carnaliter, *ib.* Matrimonium ex causa consanguinitatis vel affinitatis suspectum accusant consanguinei proximiores, etc., 498. Ex alio impedimento nullum, aut suspectum accusare possunt omnes, *ib.* Quovis tempore, etsi de valore jam esset pronuntiatum, *ib.* Ab accusando repelluntur, qui quaestus causa accusant, *ib.* Qui tempore denuntiationum non accusant, *ib.* Limitatur, *ib.* Aliquando etiam conjuges, et quando, 499. Item accusantes per litteras, *ib.*

Accusare quinam possint, VI, 4. Non possunt impuberes, *ib.* Mulieres, *ib.* Servi, *ib.* Clerici, et religiosi, nisi accusent suum praelatum, *ib.* Nec milites, 5. Surdi, muti, et mente capti, *ib.* Infames ac criminosi, excommunicati, *ib.* Inimici, et cohabitantes cum illis. Suspecti, 6. Pauperes, *ib.* Infideles, et haeretici, *ib.* Consanguinei, *ib.* Qui omnes tamen accusare valent in certis cri-

minibus, et quibus, *ib.* Inhabilem ad accusandum potest judex ex officio repellere, *ib.* Accusare criminaliter, an, et quando quis teneatur, 7. Non potest clericus coram laico, bene vero coram iudice ecclesiastico, 356.

ACCUSARI quinam possint vel non, VI, 7. Non possunt carentes usu rationis, *ib.* Absentes, *ib.* Mortui, *ib.* Superiorem non agnoscentes, *ib.* Legati imperatoris, *ib.* Qui crimen jam praescripserunt, 8. Absoluti a crimine, vel accusatione, *ib.* Limitatur tamen hoc, *ib.*

ACCUSATI criminaliter non possunt accusare, VI, 5.

ACCUSATIO calore iracundiae facta, an teneat, II, 470.

Accusatio criminalis quid, VI, 2. Debet fieri in scriptis, *ib.* Apud competentem judicem, *ib.* Cum expressione nominis judicis, accusatoris, accusati, delicti, mensis, et anni quo delictum fuit commissum, *ib.* Requiritur etiam inscriptio, *ib.* Fit ad vindictam publicam, 4. Semel facta cogit judicem ad procedendum, 9. In quo differat a civili et ab inquisitione et denuntiatione, 4. Habet eodem effectus respectu accusati, quos habet denuntiatio respectu denuntiati, 9. Et quinam sint illi effectus respectu accusati, *ib.* Accusatio criminalis etiam licita, an et quando inducat irregularitatem, vide: *Irregularitas ab accusatione criminali.*

ACCUSATOR, oblato jam libello, non amplius potest desistere ab accusatione, VI, 8. Bene tamen ante libellum, 9. Deprehendens se errasse accusando, tenetur in foro interno desistere, *ib.* Desistens tamen punitur in foro externo, *ib.* Tenetur plane probare delictum, alias punitur pena talionis, et aliis poenis, *ib.* Accusator, vel denuntiator, quomodo impugnare possit defensiones rei, vel respondere ad illas, 99. Et criminalis in probatione deficiens, praesumitur calumniator, subjacet poenis, et quibus, 125.

ACEPHALUS nemo debet esse, V, 144.

ACQUISIBILIA privilegio, sunt acquisibilia consuetudine, VI, 497.

ACTA judicii et acta causae quid, et in quo differant, II, 197. Acta unius judicii, an habeant suum effectum, fidemque faciant in alio, *ib.* Acta coram iudice ecclesiastico fidem faciunt coram saeculari, et e contra, ut unus adjuvet alterum in compescendo malo, 198. Acta probatoria in iudicio summario, fidem non faciunt in ordinario, *ib.* Hoc tamen limitatur, *ib.* Et in iudicio civili, fidem non faciunt in criminali; bene tamen e contra, *ib.* Et acta in iudicio inducent notorium, et quomodo, *ib.* Acta, seu gesta per iudicem putativum, an valeant, 199. Acta prioris instantiae quae, III, 342. Sub his comprehenditur etiam sententia, *ib.* Regestum, sive extractus actorum primae instantiae, fit ad distantiam partis, ejusque expensis, *ib.* Acta prioris instantiae, et quidem omnia debent per appellatorem suis sumptibus transportari ad iudicem appellationis, *ib.* Nota-

bilis textus concilii Tridentini quoad hoc, 343. Acta ibi esse dicuntur, ubi aliquid fit auctoritate iudicis, IV, 438.

ACTA CAPITULARIA ut valida sint, sufficit consensus majoris partis capituli, IV, 74. Dummodo omnes legitime convocentur, 75. Et capitulariter congregati tractatum habeant, *ib.* Atque duæ partes capitularium sint præsentēs, saltem de jure civili, *ib.* Quid de hoc canonistæ, *ib.* Qualis subscriptio requiratur, quando super actis capitularibus erigi debet instrumentum, 76. Ad valorem actus capitularis non requiritur major et sanior pars capituli, *ib.* Limitatur in aliquibus casibus, 77. Major et sanior capituli pars quæ, *ib.* Et quid possit, *ib.* Unus canonicus potest se opponere et impedire damnum Ecclesiæ, *ib.* Major pars, quando scienter eligit indignum, sufficit electio a minori parte celebrata, *ib.* Minor pars in capitulis, quando sufficiat, *ib.* Contemptus unius valet ad irritandum actum a cæteris factum, 78. In iis, quæ competunt pluribus, ut singulis, requiritur consensus omnium, *ib.* Potest episcopus cum majori parte capituli statuere, quod quisvis canonicorum teneatur contribuere pro reparatione ecclesiæ suæ, *ib.* Vel necessitate aut utilitate collegii, 79.

ACTA PROCESSUS non debent communicari reo ante ipsius examen, VI, 78. Bene vero postea, 90. Acta, seu copia actorum, an, et quando communicari possint, et debeant reo appellanti, et ejus advocato, 111. Revisio et collatio actorum quomodo fieri possit, ac debeat 113.

ACTIO quid, et quomodo differat ab imploratione officii iudicis, II, 31.

Actiones bonæ fidei sunt septemdecim, et quales, II, 66. In actionibus bonæ fidei veniunt usuræ et fructus a tempore moræ; secus in actionibus stricti juris, 67. Vide infra, § *Contractus bonæ fidei*. Actiones liquidæ bene possunt vendi, II, 85. Actio mandati directa, seu competens domino contra procuratorem, sive mandatarium, quid importet, 101 et 102. Actio mandati contraria, quid, 102.

Actio, quod metus causa, datur illi, qui ex gravi metu rem suam alteri tradidit, II, 116. Vi hujus debet fieri integra restitutio, *ib.* Agens hac actione non tenetur designare, quis metum intulerit, *ib.* Actio, quod metus causa, non solum est personalis, sed etiam in rem scripta, *ib.* Imo et pœnalis, *ib.*

Actio realis, et actio personalis, quid, II, 253. In utraque potest distingui duplex causa petendi, proxima et remota, 254. Et quæ ipsarum in libello debeat exprimi, *ib.* Actionis nomen, an necessario sit exprimendum in libello, *ib.* Vide infra, § *Libellus*. Inter actiones reales et personales, notabilis est differentia quoad missionem in possessionem rei petite, 446. Utrum tam in actionibus realibus, quam personalibus, opus sit missione in possessionem honorum contumacis ex secundo decreto, 447. Vide infra *Decretum*, et

Missio in possessionem. Actio tum personalis, tum realis, ut fiat litigiosa, requiritur litis contestatio, 456. Ante litem contestatam actio liquida potest licite cedi, vel vendi, *ib.* Et quid de actione dubia, seu controversa, *ib.*

Actio iudicati oritur ex litis contestatione, II, 284. Actiones temporales per litis contestationem fiunt perpetuæ, 285. Actiones pœnales post contestationem litis transeunt in solidum contra hæredes reorum, *ib.* Actio criminalis, utpote major, regulariter prius est tractanda, quam civilis, 326. Dummodo utraque principaliter intentetur, *ib.* Fallit hoc quando quæstio civilis præjudicat criminali, *ib.* Inter actiones et interdicta, olim erant plures differentiæ, 344. Hodie in effectu nulla remanet differentia, 345. Actio confessoria quæ, 379. Actio civilis et actio prætorica, quæ, 418. Et quale discrimen inter illas, 419.

Actiones, quo tempore extinguantur, seu quando præscribatur contra eas, III, 257. Actio hypothecaria contra debitorem, vel ejus hæredem, non extinguitur nisi annis quadraginta, secus contra alios, *ib.* Actiones temporales per contestationem litis, fiunt perpetuæ, *ib.* Actiones aliæ extinguuntur per præscriptionem annis triginta, non tamen omnes tantum temporis requirunt, *ib.* Actio injuriarum expirat lapsu unius anni, *ib.* Actio ad accusandum adulterium, aliaque peccata carnis, quibusdam effectis, expirat quinquennio, *ib.* Quid dicendum de nefando crimine actionis sodomiz, *ib.* Actiones criminales tolluntur regulariter viginti annis, nonnullis tamen exceptis, 258. Actio redhibitoria, quæ et quo tempore eidem præscribatur, *ib.* Actio, quanti minoris, quæ, et quamdiu duret, *ib.* Actionem in facto præbet sententia lata pro actore, 289. In actione injuriarum reus condemnatus efficitur infamis, nisi injuria foret minima, *ib.* Actiones personales, quæ correspondent obligationibus duntaxat ad patiendum, sive subeundum onus, si ab altero petatur, præscriptione extinguuntur ob solam negligentiam actoris, seu cessationem exactoris, quamvis obligatus suæ interim obligationis probe conscius sit, 244. Secus dicendum de actionibus personalibus, quæ correspondent obligationibus ad aliquid agendum, vel non agendum, 245. Dantur actiones, quæ tolluntur, seu contra quas præscribitur lapsu certi temporis, 246. Actio ex pacto nudo, an detur, *ib.*

In actionibus civilibus sententia lata non illico est executioni mandanda, sed expectandum saltem per decem dies, III, 292. Et quid in criminalibus, *ib.* Si dixerit reus se velle parere sententiæ, statim ista in actione reali est executioni mandanda, *ib.* In actione personali regulariter conceditur quadrimestre ad solvendum, *ib.* Vide infra, *sententia executio*. Actio de dolo quid, II, 419. Est actio prætorica, *ib.* Et personalis, 420. An transeat in hæredes, *ib.* Actio de dolo non procedit secluso dolo malo, *ib.* Nec admitti debet, nisi causa cognita, attendendo scilicet ad tria, et quæ, *ib.* Ea non datur pro modica summa, seu quæ non ex-

cedit duos aureos, *ib.* Neque omni tempore, sed intra biennium, *ib.* Nec adversus eas personas, quibus, pietate, officio, reverentia obligamur, *ib.* Neque ubi alia actio, exceptio, aut restitutio in integrum suppetit, *ib.* Actio de dolo, et exceptio doli, in aliquo conveniunt, differunt tamen in pluribus, 421. Actio de dolo finitur biennio, *ib.* Atque infamat, *ib.* Estque extraordinaria, atque subsidiaria, *ib.* Et arbitraria, *ib.*

Actio æstimatoria, seu quanti minoris, quid, cui, et contra quos detur, IV, 188. Cur detur, si læsio non sit ultra dimidium, *ib.* Qui ignoranter vendidit rem vitiosam, ad id solum tenetur, quanto minoris fuisset res empta, *ib.* Tempus ad actionem redhibitoriam est semestre, ad æstimatoriam vero annus, *ib.* Quando ob vitium conceditur actio redhibitoria, potest emptor loco illius assumere æstimatoriam, 189. Actio decimarum, vide *Decimarum actio*. Actio ex commodato quæ, 123. Ex deposito quæ, 131. Ex conducto, 227. Actiones exempto et vendito, 186. Jura emptori conceduntur actionem empti ad consequendum ea, quæ ei debet venditor, et huic actionem venditi ad consequenda, quæ ei debet emptor, *ib.* Actio venditi, seu ex vendito quid, *ib.* Ad quid detur, *ib.* Actio empti, seu ex empto quid, *ib.* Ad quæ detur, *ib.* Et ex læsione ultra, vel infra dimidium. Vide *læsio ultra dimidium*. Actionis nomen non est opus in libello exprimere secundum canones, 117. Actio redhibitoria quid, cui, et contra quos detur, 187 et 189. Non datur, nisi vitium sit notabile, et quidem corporis, non animi, 187. Contra venditorem, qui ignoranter vendidit rem vitiosam non datur actio redhibitoria, *ib.*

Actio ad palinodiam, seu recantationem. Vide *Palinodia actio*. Actio ex dejecto, vel effuso quid importet, et contra quem competat, VI, 548. Actio ex lege Aquilia datur ad resarcitionem damni, et quantum interest, damnatum datum non fuisse, *ib.* Et subinde etiam ad duplum vel quadruplum, *ib.* Actio furti, quid. Et contra quem competat, 414. Actio injuriarum. Vide *injuriarum actio*.

Actio injuriarum perpetua datur contra judicem, non servato juris ordine, in tortura procedentem, VII, 11. Et mere personalis non transit in successionem particularem sine cessione, 109. Et cui competit pro re acquirenda, ei magis competit exceptio pro retinenda, 160.

ACTOR, unde sic dicatur, II, 168. In iudicio semper intervenit actor, vel vere, vel fecte, *ib.* Actor post libellum per judicem reo porrectum obligatur litem prosequi, et quando secus, 258. Vide infra *Libellus*. Actor nequit se ullo fori incompetentis exceptione tueri quoad reconventionem, ubi hæc locum habet, 270. Actor plus debito petens in iudicio, an possit impune pœnitere, 332. Actore plus petente, an possit reus negare simpliciter totam petitionem, 333. Regula ista, *Soli actori incumbit onus probandi*, fallit in iudiciis duplicibus, 371. *Actore non probante, reus absolvitur*, limitatur, et declaratur, 443.

Actor qualiter censeatur committere contumaciam, II, 427. Et contumax quomodo sit citandus, *ib.* Præsertim, si sit absens, vel latitet, 428. *Invitus agere, nemo cogitur*, quomodo intelligendum, *ib.* Contra actorem contumaciter absentem potest iudex procedere usque ad sententiam, etiam lite non contestata, *ib.* Major est contumacia actoris, quam rei, 429. Magis præsumitur contra actorem, quam contra reum contumaciter absentem, 430. Cur non frustra ad instantiam rei fiat processus supra causa principali, actore contumaciter absente, sicque nihil probante, *ib.* *Actore non probante reus absolvitur*, quomodo intelligendum, *ib.* Quatuor remedia juris competunt reo contra actorem contumaciter absentem, et quæ, *ib.* Actor in termino citationis contumaciter absens, tenetur reo comparenti ad expensas, 431. Secus, si nec reus comparuit, *ib.* Actor contumax amplius non est audiendus, nisi præter restitutas expensas etiam præstet cautionem de comparando in termino citationis, *ib.* Et qualis debeat esse hæc cautio, *ib.* Vide infra, *Contumacia*, et *contumax*.

Actor ob contumaciam rei, mittitur ex primo decreto in possessionem rei petite, II, 437. Ac post annum constituitur verus rei possessor, *ib.* Actor ob contumaciam rei ex primo decreto missus in bona petita, post annum efficitur verus possessor, 443 et 444. Annus ille quando tunc incipiat currere, 444. Actor qui ob resistantiam adversarii rem custodiendam nancisci non potest, post annum statim verus constituitur possessor, *ib.* In actionibus personalibus qualiter actor ob contumaciam rei sit mittendus in possessionem ex primo decreto, *ib.* Actor tunc post annum non acquirit possessionem honorum absque secundo decreto, *ib.* Vide infra, *Missio in possessionem*.

Actore plene non probante, sufficit ad probandum rei innocentiam præsumptiva et dubia probatio, II, 523. Actori regulariter incumbit onus probandi, 524. Actor tenetur ad iudicium venire paratus, *ib.* Habet in sua potestate, quando agere velit; non sic reus, *ib.* Regula illa, *Actori incumbit probatio*, patitur plures fallentias, et quas, *ib.* Si præsumptio juris stet pro actore, tunc onus probandi transfertur in reum, *ib.* Actor tenetur edere instrumenta, quibus in iudicio est usus, et quomodo, III, 119. Teneturque reo edere instrumenta ad fundandam ejus exceptionem, et cur, 120. Vide infra, *Reus an instrumenta*.

Actorem ab agendo repellit exceptio excommunicationis, non reum a defendendo, 222. Tamen ut repellat a torem ab agendo, debent plures observari conditiones, et quæ, *ib.* Actorem excommunicatum, debet iudex ex officio repellere; et qualem, 223. Vide infra, *Exceptio excommunicationis*.

Actor quis dicatur, VII, 39. In quibus causis actoris partes sint favorabiliores, quam rei, 40. Actor excommunicatus repellitur exceptione, 80. Actor, si una actione inepta repellatur, potest aliam congruentem instituere, 179. Non potest